

## Bibliographische Daten

Titel: Post Funera Virtus Nobilissimi atque Praestrenui Dn. Johannis  
Jodoci Schmidmaiers ab & in Schwartzzenbrugk /[et]c. Patr.  
Norimberg.  
Ersteller: Johann Paul Felwinger  
Signatur: 1 an Will. II. 1085. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

benefactore suo liberalissimo orbatijam, alienissimo scilicet tempore, & quo ejus ope atq; auxilio maximè indigebant, vivere cogentur. Quem concepisse, Auditores, putatis dolorem Academiam nostram Patroni hujus incomparabilis morte, ab infelicissimo quodam milite VI. Calendarum, Januarii (ô infesta dies!) nunciatâ? Fateor, me, qui inter primos fui, quibus innotuit tristissimus hic casus, attonitum stetit, animumq; aliquandiu recipere non potuisse; hærebat vox, & singultus intercipiebant verba dictantis. Proh dolor! percrebuit fama, velocissima mali nuncia, fato concessisse *Nobilissimum Schmidmajerum* Academiæ nostræ Patronum certissimum, Bibliothecæ nostræ instauratorem, Professorum & Studiosorum Evergetam; verbo: Omnium Literarum & Literatorum Mecœnatem olim Exoptatissimum. Concurrimus, mutuò nos aspeximus, quiritavimus, obstupuimus, nullum consilium nobis fuit, nulla vox, nisi: ah Schmidmajere! ah Patrone! Cecidit, ah, cecidit *Nobilissimus atq; Perstrenuus Schmidmajerus*, à quo omnes boni non solum humanissimè excepti, sed etiam liberalissimè tractati sunt. Si hîc cum Q. Metello Numidico exclamavissemus: Concurrite Cives Academici, mœnia Academiæ nostræ collapsa sunt, profectò à nemine nobis jure id vitio verti potuisset. Amicus enim verus protectio fortis est. Cecidit *Schmidmajerus*, qui virtutum omnium templum erat, & exemplum. Cecidit *Schmidmajerus*, qui Musarum asylum fuit: Cecidit *Schmidmajerus*, qui Reipublicæ Norimbergensis ornamentum fuit: Cecidit *Schmidmajerus*, Academiæ nostræ spes, gaudium atque voluptas. Utinam Academia nostra, Tibi *Nobilissime Schmidmajere*, aliud jam honoris genus exhibere deberet, quàm hoc ultimum! O quam parata esset, si Filiolæ Tuæ Deus T. O. M. tot annos concessisset, ut summa cum pompa felicissimo alicui matrimonio elocare potuisses, publica